MCXCII. col. 95. *n.* 79. *lin.* 38. martii exeuntis *corrige* martis *XIII.* exeuntis *&c.*

Item col. 96. *lin.* 9. *VI.* exeunte *corrige VII., adeo ut die XX Conſules Urbæ tractatum inchoaverint, & die XXVII. Dominica Alexandrini acceptando, ac paciſcendo perfecerint*

MCXCII. col. 96. *n.* 80. *Contuli nuper cum autographo tabularii Capituli, ex quo corrige lin.* 46. *IV.* non *leg. II.* nonas *lin.* 47. Aquenſi Johannis *legitur* Aquis Johannes *lin.* 54. Schau *l.* Schan . . . *lin.* 56. Jurtus *l.* Turtus. *lin.* 57. Ubertus Henricus *l.* Ubertus Henricus &c. *ibi* Salitina *l.* Salitinus. *lin.* 58. Maurro *l.* Marro. *in fine adde*: hanc chartam ſcripſi *&c. Aliquis fortaſſe mirabitur me privatas haſce contractuum chartas edere: at admirari deſinet, ſi hujus mei conſilii cauſam conſiderare velit. Perſpiciet enim illas me ſelegiſſe, quæ & antiquiſſimæ ætatis ſint, quæ raræ admodum apparent in Tabulariis, & breviſſimæ, ut lectorem non fatigent, & inſperſæ antiquorum nominum regionum, ac rituum notionibus. Ad harum claſſem pertinet hæc a me in ſerie prætermiſſa, quam hic produco ex membrana Capituli erutam, quæ de Palatii, non* palladii *a templo Palladi olim dicato, regione, ut nonnulli ex eruditis Aquenſibus contendunt, mentionem facit.*

Anno Domini Incar. MCXCII. indict. X. die ſabbati nonis martii in Clauſtro Canonicæ de Aquis Dominus Wilielmus Præpoſitus, Arditio Archipresbyter, & Agras maſſarius infraſcriptæ canonicæ confitentes hoc intereſſe canonicæ, nec ad ejus læſionem pertinere, & ſe hoc facere communi conſenſu ſuorum confratrum, & ideo accepiſſe a vobis Wilielmo, & Henrico fratribus filiis quondam Albaldi denar. bonorum Pap. X. inveſtiunt . . . vobis VVilielmo, & Enrico, & omnibus veſtris legitimis hæredibus una vinea, quæ jacet in territorio Aquis, ubi dicitur Palacium; cohæret ei Epiſcopus, via &c. Interfuerunt teſtes Aquedeus Benzonis, Otto Caraca, VVilielmus Fariner, Petrus Boza, & Obertus Premori. Ego Petrus Notarius &c.

MCXCII col. 97. *n.* 82. *Exſcripſeram hoc Cœleſtini Papæ privilegium ex duobus vetuſtis exemplaribus, quæ D. Rolandus ex oblatorum congregatione mihi tradiderat. At nuper humanitate E. V. ac J. C. Pauli Beloſii ex R. Ærarii præfectis aliud Mediolano acceſſitum accepi priore illo multo perfectius, a quo hæc mutanda ac corrigenda excerpſi.*

Col. 97. *lin.* 8. Religionem ſuam profeſſi . . . . *lege* regularem vitam profeſſis in perpetuum. *lin.* 12. veritatem conſentaneum. *l.* voluntatem conſentaneam. *lin.* 19 conſtituimus *l.* communimus *lin.* 27. principum oblatione *l.* principum, oblatione. *lin.* 29. libera *l.* illibata. *lin.* 32. juribus *l.* ceteris *lin* 39. Bovio *l.* Bolico. *ibi* Cannova *l.* de Cantova. *lin.* 42. Coloniga *l.* Colloniga. *lin* 45. ſeziadi *l.* Seciadi. *lin.* 49. Bovio *l.* Mobio: *ibi* in Caſtro novo, *l.* in Caſtro novo & in Caſſine. *lin.* 58. *dele* ex *lin.* 59. meliore religione obtenta *l.* niſi arctioris religionis obtentu. *Col.* 98. *lin.* 5. & gratis *l.* & ea gratis *lin.* 7. malueritis adire Epiſcopum . . . *l.* volueritis adire antiſtitem gratiam *&c. lin.* 16. ſeu novis *l.* ſeu vos novis *lin.* 17. præterea *l.* Libertatem præterea *lin.* 20. & perpetuis temporibus illæſas *l.* & eas perpetuis temporibus illibatas. *lin.* 21. *deeſt* monaſterii *lin.* 23. voluntati ſepelire *l.* voluntati, qui ſe ibi ſepelliri. *lin.* 26. mittuntur *l.* aſſumuntur. *lin.* 28 ſubreptione *l.* ſubreptionis. *lin.* 29. proponatur *l.* præponatur *lin.* 30. majori parte *l.* major pars *lin.* 35. eximere *l.* minuere. *lin.* 40. conſueta *l.* juſtitia conſueta. *lin.* 46. ſecundo . . . . *l.* ſecundo tertiove. *lin.* 50. cognoſcat a ſanctiſſimo *l.* cognoſcat, ac a ſacratiſſimo *lin.* 51. Domini noſtri *l.* Domini Redemptoris noſtri *lin.* 53. eidem ſua *l.* eidem loco. *lin.* 55 meritum *l.* fructum. *lin.* 57 *dele verba* ſubſcriptum & ſignatum. *lin.* 58 *poſt Papæ & cujuslibet Cardinalis nomen adde* ſubſcripſi. *lin.* 62. H. S. *l.* Jo. tit. *lin.* 63. Tuſcanen. *l.* Tuſculanenſ.

Col. 99. *lin.* 1. ego C. *l.* Ego Gratianus *lin.* 2. Gerardus *adde* S. Adriani *lin.* 5. L. *lege* Loterius *ibi* B. *l.* Bacchi. *lin.* 6. R. S. marte *l.* Nicolaus S. Mariæ in Coſmiden. *lin.* 7. Subdiaconus *l.* Subdiaconi. *ibi* Canonicus *l.* Canonici. *lin.* 9. p. III. *l.* PP. III. anno primo.

MCXCII. col 99. *n.* 83. *lin* 20. *erratum: nam non* X. exeuntis, *ſed vel IX. ut puto, vel XV. eſſe oportet.*

MCXCII. col. 99. *n.* 84. *Publicæ luci tradidit hoc documentum. V. C. Malacarnes lib. cit. pag.* 241. *Quale exemplar nactus fuerit dicere prætermiſit, quam arcani diſciplinam conſtanter tenuit in reliquis quas protulit chartis n. circiter XVII. una vel altera excepta. Utinam vero ſaltem incorruptum nobis dediſſet! & quis ferat ejus initium anno æræ Chriſtianæ, quod omnibus apponebatur, deſtitutum, & V. octobris pro V. Kalendas octobris, & deinde omnia ſuſdeque habita, & quod ipſe proprio marte in octo lineolis concluſit, venditare pro veteri documento?*

Sed hiſce dimiſſis en obſervatio quæ mihi illud relegenti occurrit. In hac conventione mentio fit Ottonis ſac. *re perpenſa puto fuiſſe ſcriptum in autographo* Ottonis Car. *ſcilicet* Carreti, *vel* de Carreto, *idque ſuſpicatus ſum nonnullis de cauſis, ac præcipue collatione facta cum documento relato col.* 130. *n.* 114.

MCXCIII. col. 100. *n.* 85. *lin.* 55. indictione II. *corrige* indict. *XI typographus enim numerum arabicum II. pro Romano ſumſit, ac textum impudenter vitiavit, quod alias hic ſæpe contigit.*

MCXCVII. col. 107. *n.* 92. *Reperitur hoc documentum inter annotationes V. C. Malacarnis in libro ſæpius citato pag.* 249. *at ita deformatum, ut nihil ſupra. Diem hebdomadæ in menſem commutavit, nomina intervertit, deinde omiſit omnia, quæ continentur a linea* 32. *ad lin.* 53.

MCXCVIII. col. 112 *n.* 96. *lin.* 14. IV. aprilis *lege* IV. exeuntis aprilis. *lin.* 15 *haud intelligo quomodo Epiſcopus Vercellenſis haberet palatium Veronæ, ni mendum hic lateat.*

MCXCVIII. col. 113. *n.* 98. *lin.* 32. Baxano *cor.* Plaxano.

MCXCVIII. col. 113. *n.* 99. *Exegi ad duo recentia licet exemplaria Turrii, & Gatti, quibus magna ex parte conſentit, quod in ſuis annotationibus edidit V. C. Malacarnes nonnullis locis exceptis, quæ puto a*